In dei nomine et eius gratia. Ego adefonsus dei nutu hispaniarum imperator una cum coniuge mea domina berengaria grato animo et uoluntate spontanea nemine cogente. facio cartam firmam et stabilem uobis omnib' franchis de toleto. et dono uobis et concedo tales foros quales habuistis in tempore mei aui regis adefonsi. et in tempore domni bernardi toletane sedis boni archiepiscopi. uidelicet ut habeatis ur̃m ꝓpium merinum. et ur̃m saionem. et quod nullus de uobis caualguez p foro nisi ex sua uoluntate caualguare uoluerit. et concedo uob qd alter merino uel alter saion non intret in ur̃o barrio pro pindrare uel [illegible] aliquo malo facere nisi uester ꝓpius que habetis. et quod non faciatis aliam facenderam neq; alium forum nisi talem qualem faciebatis in tempore mei aui regis adefonsi. Hos foros predictos dono et concedo uobis omnib' franchis de toleto ut habeatis et teneatis illos uos et filii ur̃i et omnis generatio ur̃a. et omnes alii franchi qui in toleto populauerint. iure hereditario in sempiternum. Quicumq; hos foros ruperit. siue de mea gente uel aliena fuerit. sit a deo maledictus. et in inferno cum iuda proditore ꝑpetue dampnationi subiaceat. et pectet imꝑatori mille morabitinos.

Facta carta in burgos. viii. Kł. maii. Era. M. C. LXX IIII. Adefonso imꝑatore imꝑante in toleto in legione. in sarragoza. naiara. castella. galicia.

Ego adefonsus imꝑator hanc cartam iussi fieri et factam propria manu roboraui

Rainund' toletan' archiepc̃ cf'
Petr' secobiensis epc̃ cf'
Berengari salamantin' epc̃ cf'
Bernardus cemorensis epc̃. cf'
Semen' burgensis epc̃ cf'
Petr' palentin' epc̃ cf'

Comes rodic' martinez cf'
Comes rodic' gonzaluez cf'
Comes rodic' gomez cf'
Comes gonsaluus cf'
Comes lop diez cf'
Comes rodic' uelez cf'

Signum imperatoris

Ego ferrand' di g̃ Rex hispanor imꝑatoris dni antonii filii hac cartã ꝓpria manu ꝓpio signo cõfirmo.

Guter ferrandez maior dom' cf'
Rodic' ferrandez cf'
Almarric alferiz cf'
Melend' bofin cf'
Albertin' cf'
Petr' garsiez de foilleda cf'
Palea uiglar cf'

Bernardus in mano quorona impij primit' recepi

Giraldi' scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarii imꝑatoris